Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26004
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ita cum populo romano ciuitatem et sanctuarium dissipauit. ut non remaneret lapis
super lapidem. Verum his per anticipationem prelibatis. mox ad exponendum eb
domadem quam omiserat redit euentum. Confirmabit autem pactum mul
tis ebdomadis una. Hoc est ipsa nouissima in qua uel iohannes baptista. uel
dominus et apostoli predicando multos ad fidem conuerterunt. Et in dimidio
ebdomadis deficiet hostia et sacrificium. Dimidium ebdomadis huius
quintus decimus annus tyberii cesaris erat. quando inchoato christi baptis
mate hostiarum purificatio fidelibus paulatim uilescere cepit. Item quod
sequitur. et in templo erit abhominatio desolationis. et usque ad consum
mationem et finem perseuerabit desolatio. Ad sequentia tempora re
spicit. cuius prophetie ueritatem et hystoria ueterum et nostrorum hodie
testatur euentus temporum. Totum ideo prophete testimonium ponentes
quantum facultas suppetebat exposuimus. quia hoc et aplerisque lecto
ribus ignorari. et speciale genus ebdomade flagitare cogno
uimus. Falluntur enim qui putant hebreos annos talibus usos. alioquin
tota ueteris instrumenti series uacillat. nec ullius etas tanta
quanta scripta est debet intelligi. sed ad lune cursum stringi. Et gre
cos quidem ueteres legimus trecentis quinquaginta quatuor diebus.
annum ad lune cursum putantes. octauo semper anno xc. dies quinas
cuntur. si quadrans cum xi. diebus epactarum octies componatur pariter
intercalasse. intres uidelicet menses. tricenarium dierum distri
butos. iudeos autem numquam. sed altero uel tercio anno mensem lune
tercium decimum quem embolismum uocitamus inserere solitos. sicut no
tissima quarte decime lune paschalis aperte racio probat.
Sciendum sane quod affricanus ebdomadarum cursum. quem nos inseptimum
decimum. uel octauum decimum tyberii cesaris annum quo dominum
passum credimus. iuxta chronica eusebii perduximus. ab eodem
quo nos incipiens exordio quinto decimo eiusdem imperatoris
anno quo eum passum credit putat esse completum. ponens annos
regni persarum. cxv. macedonum. ccc. romanorum lx. sed diligens

Item angelus
Item beda
Item angelus
Item beda
sic lucas euangelista refert. Anno quinto decimo imperii tyberii cesaris.
Item angelus
Item beda
quidam hystorie